

corporali. In cuius rei testimonium. sigillum nostrum et sigillum predicti capituli nostri. presentibus sunt appensa. Datum lundis anno domini MCCC quinto. kalend. Nouembris nono \*).

*Öfverskrift: Annexio ecclesie (Kætilsthorp) Kathathorp. I brädden med nyare hand: Ecclesia Karup.*

1485.

1305 d. 4 Nov.

Broby.

Biskop NILS KETILSSONS i Westerås vidimation af Konung Waldemars bref om Gullatorp.

B. 3: 43. v.

Omnibus presentes litteras inspecturis NICOLAUS diuina miseracione episcopus Arosiensis salutem in domino sempiternam Tenorepresencium constare volumus euidenter nos litteras magnifici principis domini W. dei gracia quondam regis sweorum non rasas non abolitas nec in aliqua sui parte viciatas vidisse in hec verba. W. dei gracia &c. *Se föreg. N:o 573.* In cuius Rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum broby Anno domini MCCC quinto pridie non. nouembris.

1486.

1305 d. 4 Nov.

Broby.

Biskop NILS KETILSSONS i Westerås vidimation af Biskop Henriks i Linköping bref om Gullatorp och Kusatorp.

B. 3: 44.

Vniuersis presens scriptum cernentibus NICOLAUS miseracione diuina arosiensis episcopus salutem in domino sempiternam Tenorepresencium constare volumus euidenter. Nos litteras venerabilis patris domini .H. dei gracia quondam episcopi lincopensis non rasas non abolitas nec in aliqua sui parte viciatas vidisse in hec uerba .H. dei gracia &c. *Se föreg. N:o 623.* In cuius Rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum broby Anno domini MCCC quinto pridie non. nouembris.

1487.

1305 d. 4 Nov.

Broby.

Biskop NILS KETILSSONS i Westerås vidimation af Biskop Henriks bref om Gullatorp och Kusatorp.

B. 3: 44

Omnibus presentes litteras inspecturis NICOLAUS diuina miseracione episcopus Arosiensis salutem in domino sempiternam. Tenorepresencium constare

\* Härefter följer denna anmärkning: "Exstat littera consensus patronorum. sed nimis est lesa."

stare volumus euidenter nos litteras venerabilis patris domini .H. dei gracia quondam lincopensis episcopi non raras non abollitas nec in aliqua sui parte viciatas vidisse in hec verba .H. dei gracia &c. *Se föregående N:o 664.* In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum broby anno domini M CCC quinto pridie non. nouembris.

1488.

1305 d. 16 Nov.

Sellösa.

JOHANNES BJÖRNSSONS intyg om det af hans son Lars till sin hustru Ingeborg gifna morgongåfvogods, med bestämmande af dess belopp 5 öresland i Hargby, under fastställda villkor.

A. 6. a.

Anno domini .M°. CCC°. V°. XVI°. kalend. decembris Ego JOHANNES BIORNESON in presenciam Nobilium regni Dominorum Petri Ragnvaldson et philippi legiferi suthermannie sic protestor racionem donacionis propter nupcias ex parte laurencij filij mei esse factam, videlicet .V. ore terre in Harghby dantur vxori sue jngiburgi in donacionem nupciarum ad hoc fratrum ipsius laurencij accedente consensu, ea dum taxat condicione, vt si predicta Jngiburgis maritum suum dictum laurencium, superuixerit sine propagine liberorum predictam terram in Harghby optineat jure perpetuo possidendam, Si uero mediante liberorum propagine superstes fuerit jngiburgis ad placitum eius predicta terra ad reliquam hereditatem referatur, ac jnter alias porciones cedat sorti, Si autem laurencius absque liberis jngiburgem superuixerit predictam terram in harghby redimere valeat juxta legum terre jnstituta, ad equalitatem uero bonorum mobiliu que in vxta assignantur jngiburgi, obligo me in harghby tantumdem assignare. In huius igitur donacionis euidentiam testes qui faster dicuntur jnuocati factum legaliter confirmarunt, videlicet supradicti nobiles Domini petrus et philippus qui vidheruarumen sunt vocati cum .XII. qui faster dicuntur qui sunt hic subscripti. jngiualdus gudmundeson, sigwidus østenson. johannes hesdal, jon jnguson Ragnvaldus sibbeson sweno niclisson. Nicolaus ragneson. Magnus frater suus. Arnaldus judex. Olaws de gestum. Laurencius mus. petrus nicolai. Insuper sigilla predictorum domini petri et domini philippi vna cum sigillo meo presentibus litteris ad facti robur et memoriam sunt appensa. Actum apud Selløsu, Anno et die superius annotatis.

*På fränsidan:* littera super harby.

Sigillen något skadade i kanterna.